

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## **Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13**

**Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>**


**[Reichenau], 1563-1566**

Iulius


[urn:nbn:de:bsz:31-84715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-84715)



J. 5. 65.



V L I V S . .



*In absentia Secretarij Schwanbach  
Scripta*

1771

1771

Maximilianus etc.

476

639. Oratori Romæ

*S*onorius Sauellus Baro Romanus amulorum quorundam clandestina inuidia apud Sum. Pont. immerito et grauius se delatum esse, nobis est conquestus, suisq; non tam supplicib. quam aquis precibus gratiosam scriptam nostram intercessionem ad eius S<sup>m</sup> consecutus est facile, cuius quidem ipsum speratum fructum laturum, non est quod dubitemus, modo tamen sane ipsam rem quosq; iuuandam & promouendam, tam apud S<sup>m</sup> Pont<sup>m</sup> quam P<sup>m</sup> S. Cardinale ab Alta Empe (cuius R. P<sup>m</sup> eadem de causa literis nris amice requirimus) diligenter hro noie susceperis et perferaris: Quemadmodum hoc nro scripto, ut suscipias & perficias, quantum quidem poteris, te hortamur et monemus teq; obedienter uoluntatem nram ut alias semper executurū clementer confidimus.

*Data Viennæ 4<sup>ta</sup> Julij Anno M. D. LXXV.*

Maximilianus etc.

640. Epō Quingeccelesien.

Recordarij

Recordari te arbitramur, Nos cum dilectissimis fratribus nostris tibi orationis funebres ut Ser<sup>m</sup> et potentissimi Principis Imp. Ferdinandi ꝑ. Au. me. Domini et parentis nri ebat<sup>m</sup> sollemioribus exequijs et funebrib. pompis habenda munus iam dudum delegauisse et demandasse: Qua quidem in Sententia hoc mutatum sit, quod ea exequiaru sollemiores pompæ, non quidem ut antea statutum fuerat Prage, sed in hac nra Ciuitate Vienna et ad quintum Augusti diem suscipiendæ sint: Quapropter hortamur et requirimus te Clementer, ut ad eandem orationem in celeberrima magnatum corona habendam te accingas et adornes, quemadmodum te pro tua summa dexteritate, deuotione et doctrina p̄ reliquis qui idem laboris in se recepturi erunt (quibus tamen omnibus te unico p̄ferimus) condigne futurum planè speramus, tuumq; aduentum ante quintum Augusti memoratis pijs exequijs destinatu bic Vienna, qua proxime expectamus, teq; Sententiam et uoluntatem nram executurum non dubitamus. Data Vienna 7<sup>ma</sup> Julij Ann. ꝑ. M. D. LXXV.

Maximilianus Sc.

641<sup>o</sup> Amilio Maluetio

Licet

Licet egregiam erga nos animi tui benevolentiam et gratificandi studium iam ante multis modis perspexerimus, teq; idcirco gratia et favore semper maiori nro benigne simus complexi. Tamen eiusdem benevolentie erga Nos tuæ singularem significationem & approbationem non possumus non precipue quoq; nunc animadvertere in eo, quod tres egregios et psaltantes equos donandos nobis gratificari etiam atq; et studueris, quos quidem tres equos, non tam quod mitore & bonitate sunt excellentes, quam quod a obsequenti tuo in nos amo proficiuntur dono abs te, et quidem cum usulitate suscipimus perq; libenter, nosq; vicissim tale munus per occasionem gratiose recompensaturos, teq; in posterum quoq; nobis benigne commendatū habituros pollicemur. Data Vienna XII<sup>a</sup> July  
Anno m. d. xxv.

Maximiliany etc.

<sup>642<sup>o</sup></sup> Senatui Thyrnauensi.

Mandamus Vobis clementer, ut Michaësem Horwats sicarium apud Vos nuper homicidij causa dephensum et captum, huc ad manus Iudicis nostri

nostri maleficiorum quam primū transmittatis, quō  
quod nobis uidebitur de ipso alijs in exemplum statuere  
possimus: In eo facturi estis obediēter voluntatem  
nrām. Data Vienna xiii Julij: Anno rd. 657

Maximilianus Cæ.

643<sup>o</sup> Joanni Lango

**I**nterpretationem latinam tuam Justini Philosophi et  
Martyris Sancti nobis à Genere tuo exhibitam gra-  
tia et benignitate nrā Casarea, qua tibi antehac pro  
merito quidem tuo semper propensi fuimus, clemē-  
ter recepimus: Imo etiam quod opus tam elabora-  
tum dignumq; iudicio tuo, et multa ætate confir-  
mata eruditione singulari tecum prorsus interire aut  
comori nolueris: Quod demiq; opera tam p̄clara  
atq; antiqua uelut Cæneas cantiones sumā con-  
fectus senectū tot ex ant̄blatis molestijs in publicū  
prodire smas gratissimū nobis accidit, pro quo  
quidem labore ex parte aliqua etsi posteritas non  
parum se tibi debere libentissime fatebitur: tamen

idipsum

id ipsum et nos quoque, Caesarea gratia et uoluntate nra.  
qua te clementer complectimur benignissime recolimus.  
et agnoscemus. Data Vienna xiii Julij. Anno d. 65.

Maximilianus etc.

644. Oratori Romae.

Pro Hamibale Lotbaringo ad obtinendos Wulsiñj  
reditus, nobis iterum supplicante, rursus Summum  
interpellamus Pontificem: Quia uero haec res no:  
bis magna perire cura est, eandem etiam dicto Ham:  
nibali feliciter cedere nos cupimus: Quapropter  
tam apud Reuerendiss. S. Cardinalem Borro:  
meum, quam apud ipsam quoque (si opus fuerit)  
Summi Pontificis Beati<sup>ss</sup> omni studio promouendū  
et conficiendū totum hoc negotium tibi tuamque so:  
licitia demandamus et committimus, teque non so:  
lum facturum, sed id perfecturū etiam, clementer  
confidimus. Data Vienna xiii Julij. Anno d. 65.

645. Summo Pontifici

Beatissime

Beatissime in Christo pater <sup>me</sup> Sc. Hannibal So:  
tharmicus, qui ante quoq; (Ut S<sup>mo</sup> Vram adhuc memi:  
nisse arbitramur.) pro obtinendis redditib. Wulsinij S<sup>mo</sup>  
Vrae à nobis fuit commendatus, denūo (quandoquidem  
prius nihil profecerit.) eadem in causa apud S<sup>mo</sup>  
Vram intercessionem nrām supplicando requisivit, hu:  
militerq; petijt, ut si omnino S<sup>mo</sup> Vra ipsum p̄dictis  
reditibus excludendum statuerit, ei saltem aliquid  
aliud, quodcumq; similis pensioms, uel in Hispania,  
uel alibi foret, pro ijs benignè conferre et recompen:  
sare dignaretur, aut potius, (quod obmixe toties ro:  
gat et sperat.) si S<sup>mo</sup> Vra ipsum p̄ factos redditus  
retinere uoluerit, P<sup>mo</sup> in Chrō patri. D. Amalio  
S. R. E. Cardinali zd. mandet ut perceptos illi  
reddat, et percipiendos libere cedat: In re enim  
Cara sibi lite non opus esse putat. Itaq; cum  
p̄nominato Hannibali ad diligentes suas, equi:  
tati et honestati consentaneas preces clementer  
consultum, eiusq; causam ad bonum finem deduci  
uelimus, illum ipsum cum hac sua causa S<sup>mo</sup> Vra  
rursus commendamus, qua porro exisimabit  
nobis perq;

Dec: p  
XXXVI

nobis perq̄ gratum futurum, si ipsum, ob nr̄am potissi-  
 mum intercessionem tuendam paterno affecto benigni-  
 tate iuuerit, De quo etiam nihil dubitamus, nosq̄ in  
 simili S<sup>ts</sup> V<sup>ra</sup> uicissim libenter gratificaturi sumy.  
 Eidem Nos filialiter ad oīa semper comendantes.  
 Datz Vienna xiiii Julij Anno 20. M. D. LXXV.

646 Summo Pontifici

Bea: pr. p Detulit ad nos suppliciter, Venerabilis, Deuotus  
 nobis dilectus Urbanus Electus Abbas Melicensis  
 se P<sup>mo</sup> in Chr̄o patri D<sup>no</sup> Delphino S. R. E. Car<sup>li</sup>.  
 S<sup>ts</sup> V<sup>ra</sup> Legato, amico nr̄o char<sup>mo</sup>, ob suam à S<sup>ts</sup>  
 V<sup>ra</sup> obtinendam Confirmationem, trecentorū Vngari-  
 corum Sumam, quam quidem cum Taxa solita (i. d. sum-  
 quoz P<sup>ma</sup> eiusdem Patris<sup>is</sup> affirmante) congruere  
 arbitratus esset, deprendisse, interiecto uero breui  
 post temporis interuallo, ab eadem sua P<sup>ma</sup> P<sup>ta</sup>  
 quod ea ipsa Summa Romae suffectura minime  
 uideretur, rursus informatum esse, ac promi de  
 Septingentorū Ducatorum Summam pro cuiusmodi  
 redditibus

redditi bus, seu (Vt uocant) Annatis, uigore ce-  
dulæ in id ad se transmissæ, exsoluendam, Qua cum  
sese, suumq; Conuentum aggrauari maxime sentiat,  
Nos quidem, ut ea de re apud S<sup>m</sup> Vram et partes  
operam et intercessionem nrã interponere dignare-  
mur, humiliter rogauit, Cuius quidem precibus cle-  
menter amuentes, ab eadem S<sup>m</sup> Vra pro filiãli in  
eandem sumã nra obseruantia officiosè admodum  
petimus, ut is et confirmationem quã citissime  
consequatur, et quomiam prefatus Abbas ratione one-  
rum ac nominum, ceterisq; grauaminibus uix feren-  
dis hoc tempore tenetur, taxæ solitæ mitigatione  
gratiosè indulta, sumptibus quã parissimis ag-  
grauetur. Quod quidem eximij eiusdem S<sup>m</sup> Vra  
uere et paternè amantis in nos animi officij positi  
loco accipiemus, et obsequenti gratitudinẽ, cum da-  
bitur occasio, pro filiãli nro in eandem amore et  
obseruantia demereri studiosè conabimur. Dat  
Viennæ xv Julij Anno m. d. xxv.

Cardinali

Maximilianus Sc. salutem etc. Honorius Saue-  
 lus Baro Romanus amuloru' quorundam inuidia  
 inuicito apud Summum Pont<sup>icem</sup> ob quaedam delicta,  
 quorum plane sibi non sit conscius graui ter se dela-  
 tum humiliter nobis est conquestus, et suppliciter ro-  
 gauit, Ut pro innocentia ipsius apud Summum Pont<sup>icem</sup>  
 scripto quopiam ino intercedere dignaremur, quod  
 Nos propter petitionis aequitatem illi denegari  
 nequaquam uoluimus, sed gratiose et libenter imper-  
 tuimus, Sperantes ipsum nrae intercessionis apud  
 eius S<sup>anctum</sup> fructum aliquem percepturum. Quam  
 ad rem tamen cum auctoritatem Pat<sup>ris</sup> Vestræ  
 cum primis multum conferre posse, adeoque nra  
 causa et uelle, confidamus, Tandem petimus  
 Ut et aequitatis et nrae quoque intercessionis ra-  
 tione habita, supradictum Sauellum pro sua  
 Pat<sup>ris</sup> etiam atque et comendatum habere, atque  
 ob innocentiam, quam se euidenter probaturum

promisit

promisit, eius S<sup>tem</sup> rursus clementem et propitiā p<sup>r</sup>  
stare uelit: Quemadmodum P<sup>ri</sup> Vram pro sua  
bonitate libenter facturam, nobisq; in eo gratifi-  
caturam non ambigimus, quod et nostrae in eandē  
omni beneuolentia studio, pro oblata occasione ui-  
cissim recompensabimus. Datz Vienna XV July  
Anno 28. M. D. LXXV. j.

Maximilianus etc.

648<sup>o</sup> Oratori Constantinopolitano

Exposuit nobis humiliter Joannes Cusparus Siculus, fra-  
trem suum antebac in Alucari a Sandos & Bertingeri  
familia et expeditione militari captum fuisse et ab-  
ductum iamq; apud Turcas misere durissimis tene-  
ri Vinculis: Nobisq; supplicauit, rogando, quo por-  
te apud Imperatorem Turcicū eiusdem liberatione ob-  
tinere dignaremur: Nos itaq; qua sumus in oēs  
Christianos singulari clementia, taliter uero etiā  
captiuos christiana Compahentia et misericordia,  
Luctuosas

luctuosas eius querimonias et pro fratre proprio iustis-  
 simas deprecationes elementer respicientes, ei nihil horu'  
 denegare nec possumus nec volumus. Te etiam atq[ue]  
 etiam requirentes et hortantes, ut pro tua in Nos  
 fide et obseruantia eius liberationem apud Impera-  
 torem Turc: magno studio et diligentia cures et procu-  
 res, quantum quidem potes. In eo non tam nobis  
 rem perq[ue] gratam, Voluntatemq[ue] nostram (Vt debes)  
 obedienter feceris; sed etiam homine Christiano op[er]e  
 condignu[m] pie et recte p[ro]stiteris: De quo parvo nihil  
 dubitare possumus. Data Viennæ xv Julij A[nn]o

M. D. LXXV.

Impressorium pro Valenti-  
 no Backwarck Musico.

**M**AXIMILIANVS etc. Notum facimus  
 p[re]sentibus literis nostris singulis et vniuersis quo-  
 rum interest: Quod fidelis noster dilectus Valentinus  
 Backwarck Nobilis et Musicus exponi nobis fecerit,  
 se in publicam artis Musicae studiosorum vtilitatem  
 libros quosdam harmonia Musica artificiose confe-  
 ctos in lucem aedere constituisse, Vereri aut[em], ne sibi

ex publico

ex publico beneficio priuatum incommodum accedat per eos,  
quib: id unum cure est, Ut aliorum labore et industria in  
suum compendium cum illorū incomodo et detrimento  
perperam abutantur, Et proinde nobis humiliter suppli-  
cauerit, ut ipsius indemnitati hac in re opportune co-  
sulere dignaremur. Nos itaq; cum simus erga oēs  
liberales artes, earumq; cultores singulariter affecti, ut  
tenta petitionis equitate, Sacrum literarum nostrarū  
serie, ex certa scientia et auctoritate nra Imperiali  
determinamus et sancimus, ne quisq; in toto Romano Im-  
perio et omni ditione nostra, prefatos libros Musicos  
dicti Valentini Backwarck intra spacium duodecim  
Annorū continuo supputandorum à prima eorū editio-  
ne, citra expressam voluntatem et consensum eius, imitari  
uel imprimere seu alibi impressos intra Imperij et ditio-  
num nostrarū fines adducere, uendere uel distribuere  
clamūe palamūe ausit Vel psumat: Quod si quis  
contrafecerit, poenam amissionis omnium librorū  
(quos quidem memorato Backwarck applicandos de-  
terminamus) et insuper multam decem Marcharū auri  
fisco nro Caesareo, ipsiq; Backwarck ex aequo irremissi-  
biliter pendendam toties quoties contrafactum fuerit,  
se nouerit

se nouerit ipso facto incurrisse: Mandamus porro  
 uniuersis et singulis Imperij Sacri Electorib: Princi:  
 pibus: Ordinib: Subditicq; et fidelibus, tam nris quam  
 eiusdem Imperij cuiuscunq; Preeminentiæ Status et con:  
 ditionis existant, Ut hoc nostrum edictum et priui:  
 legium conseruent et exequantur obseruariq; et executio:  
 ni mandari, per quos decet, faciant, quatenus gratiam  
 nrām charam habuerint et poenas Inarratas cupiant  
 euitare: Harum testimonio literarū manu nra subscri:  
 ptarum, et Sigilli nri Cesarej appressione munitarū.  
 Date Vienna 1571 Julij Anno M. D. LXXV.

650. Summo Pontifici.

Beatissime p̄r de Exponi nobis fecit humiliter  
 supplicando Nobilis Honorius Sauellus Baro Roma:  
 nus, quod inuidia et suggestatione quorundam clan:  
 destina immeritō propter quadam delicta, quorum  
 tamen sibi nullo pacto sit conscius, apud S<sup>m</sup> Vram  
 grauiter delatus fuerit, ideoq; amulorum odio sese  
 Insum sentiens suppliciter nos rogauit, quō in hoc

infolia

in foelici suo statu, innocentie ipsius apud S<sup>mo</sup> Vram  
intercedendo succurrere et subuenire non grauare-  
mur: Nos itaq; quo sumus erga afflictos semper  
animo, precibus ipsius clementer amuentes, S<sup>mo</sup>  
Vram pro filiali nro in eandem affectu et obser-  
uantia rogamus et petimus, ut in memoratu Hono-  
rium Sauellum ob intentatas delationes permo-  
ueri se non patiatur, neue in eundem (qui suam  
innocentiam quolibet tempore declarare sit para-  
tissimus) inaudita causa quicq; decernat, uel  
statuat durius: Quam potius, propter et equitatem  
et nram quoq; intercessionem ipsum benigne rursum  
suscipere et commendatum habere uelit in posterum.  
Quemadmodum S<sup>mo</sup> Vram pro paterna Sua et lau-  
datissima in oes indulgentia et bonitate, summaq;  
pietatis et iustitie studio, Vltro quoq; facturam  
esse plane confidimus, nosq; omni filiali obseruan-  
tia id vniuersum recompensaturos eidem pollicemur.  
Cui et Nos reuerenter offerimus et obsequiosè ad  
oia semper commendamus. Data Vienna die  
uigesima tertia Mensis Julij. Anno  
M. D. LXXV.

Regi Polo:

651<sup>o</sup> Regi Polonia,

**M**aximilianus etc. Salutem etc. Equos gradarios octo  
 bonitate et nitore spectantes à S<sup>o</sup> V<sup>ra</sup> nobis dono missos  
 singulari quadam uoluptate uidimus, et fraterno ani-  
 mo, p<sup>er</sup>sertim quod à S<sup>o</sup> V<sup>ra</sup> nobis char<sup>ma</sup> proficisceren-  
 tur, in n<sup>ost</sup>ros usus recepimus libentissime: Quapropter ei-  
 dem S<sup>o</sup> V<sup>ra</sup>, pro eiusmodi gradarijs equis fraternas  
 agimus gratias, et uigissim omni beneuolentia nos id re-  
 compensaturas fraternè pollicemur. Valeat eadem  
 S<sup>us</sup> V<sup>ra</sup> prosperrime. Data Viennæ xxiiij Julij  
 Anno M. D. Lxv.

652<sup>o</sup> Litera passus pro Amilij Mal-  
uctij seruitore etc.

**M**AXIMILIANVS etc. Vniuersis ac singulis  
 Cum Egregij fidelis nostri dilecti Amilij Malu<sup>erij</sup>  
 Seruitor, Carolus Campanellus nobis humiliter expo-  
 suerit, se ob quosdam equos in Poloniam duendos  
 à p<sup>re</sup>dicto suo D<sup>no</sup> ex Italia ablegatum fuisse, adeoq<sup>ue</sup>  
 uereri ne propter uia intercapedinem eo in officio  
 expediendo q<sup>ui</sup>q<sup>ue</sup> molestia uel retardationis in detri-

mentum

mentum sui Domini capiat uel patiatur, Nobisq; ideo  
in eo sibi lris nostris patentib. prouidendo humiliter  
supplicauerit, eidem pro Dm sui erga nos fide et ob-  
sequentia id derogandum nequaquam duximus: Itaq;  
omnibus et singulis scd.

Data Vienna xxii July Anno M. D. xxv.

653°

Littera passus pro Petro de  
Grimi & 284


MAXIMILIANVS etc. Vniuersis et singulis scd  
Cum nostri et Sacri Imperij fidelis dilecti Petri de  
Grimi patris nostrae et Sacri Rom: Imperij Cui-  
tatis Imperialis Lucae quondam Patricius et Sena-  
tor primarius, ob quasdam ad nos et Sac. Impe-  
rium magnopere spectantes causas ab eadem Impe-  
riali Cuitate huic ad nos ablegatus fuerit, Inq;  
hac suscepta Legatione, propter aduersam, qua con-  
flictatus et confectus est Valetudinem Volunta-  
te omnipotentis, pie et placide, nra equidem cum  
haud mediocri consolentia, hac ex uita commi-  
grarit: Eiusq; iam dictus filius Petrus de Gri-  
mi, pro ead. patris defuncti sui Ultima uo-  
luntate obedienter exequenda, funus eiusdem

ad me:

ad memoratam Imperialem Civitatem Lucam secu-  
 tumulatum deobere cupiat, Nosq; ipsum filialis pie-  
 tatis et obedientie sua in defunctum parentem opus exer-  
 cere conantem, cum uniuersa comitiua sua, tuto ac  
 libere celeriter absolueret uelimus. Ideoq; Dilectos Vros  
 et Vos alios hortamur et requirimus, Subditis uero  
 nris serio mandamus, Ut p̄satum Petrum & Grimi-  
 cum eiusdem Patris funere, famulis, equis, Carris,  
 Currib: rebusq; suis Vniuersis, quas secum habuerit,  
 et uel p̄cedere uel pone sequi iusserit nec non omni  
 suo Comitatu, Vbiq; per quoscunq; passus, portus, p̄-  
 tes, Ciuitates, oppida, Castra, Villas, terras, et alia  
 quicunq; Vre seu nostre Jurisdictionis loca, benignè,  
 tuto et libere, absq; omni impedimento et grauamine  
 die noctuq; transire et proficisci permittatis ac permit-  
 tendum curetis: Præterea cum ab eo, aut eius nomine  
 requisiti fueritis, de equis, Carris, Currib: et nauigijs,  
 cunctisq; alijs rebus necessarijs provideatis et provi-  
 deri faciatis, prorsusq; ipsum per oia, nostri m̄tuitu  
 fauorabiliter habeatis commendatum: In  
 hoc utiq; rem nobis apprime gratam feceritis, bene:

uolentia

uolentia et gratia mea compensandam: Vos uero subditi  
mei expressam Voluntatem meam. Data Vien:  
nae ~~XXX~~<sup>ma</sup> Julij Anno p<sup>o</sup> M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> LXV.



Caro